

VYTAUTAS ALIŠAUSKAS

ANKSTYVIEJI VILNIAUS VYSKUPŲ INFORMACINIAI
PROCESAI (IŠ PAULIAUS JATULIO ARCHYVO)

Paulius Jatulis (1915–1995) – istorikas, išeivijoje (nuo 1960) LKMA istorijos mokslų sekcijos valdybos narys archyvaras, pirmiausia žinomas kaip parankinio Žemaičių vyskupijos istorinių dokumentų rinkinio (*Codex Mednicensis seu Samogitiae dioecesis*, t. 1–2, Roma: LKMA, 1984–1989) parengėjas. Iš tiesų jo veikla buvo daug platesnė ir įvairesnė.

1927–1934 m. Jatulis studijavo Kauno kunigų seminarijoje ir Vytauto Didžiojo universiteto Teologijos-filosofijos fakultete, įgijo teologijos licenciatu laipsnį. 1934 m. Panevėžyje išventintas kunigu. 1939 m. jis pradėjo studijas Romoje, 1939–1942 m. studijavo Biblijos institute, vėliau – Grigaliaus universitete. 1948 m. ten gavo teologijos daktaro laipsnį už darbą *De S. Cypriano animarum pastore* („Šv. Kiprijonas kaip sielovadininkas“). 1949–1957 m. Jatulis dirbo Australijos lietuvių katalikų parapijose, buvo Pietų Australijos lietuvių kapelionu. 1957 m. jis grįžo į Italiją ir iki 1982 m. gyveno ir dirbo Romoje, buvo Lietuvių kolegijos vicerektoriumi. Jatulis bendradarbiavo „Lietuvių enciklopedijoje“, aktyviai dalyvavo LKMA suvažiavimuose, paskelbė naujais archyviniais duomenimis paremtų straipsnių istorine tematika, parengė ir išleido prof. Zenono Ivinskio raštų 4 tomus (Roma: LKMA, 1978–1987), esmingai prisidėjo prie 12 iš 14-os tomų Ukrainos istorinių šaltinių rinkinio *Monumenta Ucrainae Historica* (Roma, 1964–1974) rengimo.

Kaip matyti iš suminėtu Jatulio parengtų leidinių, gyvendamas Romoje jis turėjo progą ir galimybę dirbti archyvuose, pasižyminčiuose lituanistinės medžiagos gausa – pirmiausia *Slaptajame Vatikano archyve* ir *Tikėjimo skleidimo kongregacijos istoriniame archyve*. Jo sukaupta medžiaga, surankiota iš įvairių (daugiausia Italijos) archyvų, šiuo metu sau-

goma atskirame Vilniaus universiteto bibliotekos Rankraščių skyriaus fonde (F 267). Tarp kitų dokumentų išsiskiria publikacijai parengtas LDK vyskupų ankstyvųjų informacinių procesų korpusas. Tai liudytojų apklausos, skirtos patikrinti valdovo parinktų kandidatų į vyskopus tinkamumą. Jatulis, procesų tekstus rengdamas publikacijai, laikėsi savitos strategijos. Rengėjo tikslas buvo padaryti šaltinį kuo patogesnį naudoti. Jis unifikuoja šaltinių rašybą, suvienodina ir grafiškai išskiria liudytojų sąrašus, trumpina trafaretinius atsakymus arba juos suglaudžia fraze *et alii similiter*, nepateikia ištisinio klausimų sąrašo, bet, kai pats klausimas gali būti neaiškus iš atsakymų, primena jį pažodžiui ar perfrazuodamas (jie pateikiami laužtiniuose skliaustuose kursyvu) atsakymų pradžioje.

Didžiausias šių procesų parengimo savitumas – atsakymų pateikimo forma. Originale liudytojų parodymai surašyti kiekvieno skyrium. Jatulis skirtingų liudytojų atsakymus sugrupuoja pagal klausimus, nuroydamas kiekvieno kalbančiojo vardą. Taip sudaroma savotiška atsakymų į vieną klausimą sinopsė. Reiklus naudotojas galėtų pasakyti, kad dėl šitokio pateikimo nukenčia dokumento autentiškumas, bet, reikia pripažinti, skaitytojui duodama galimybė nesunkiai sugretinti liudytojų pateikiamą informaciją, jos skirtingumus ir sutapimus. (Autentiškos formos informacinio proceso pavyzdys – Dariaus Antanavičiaus parengta Vilniaus koadjutoriaus Jurgio Radvilos 1575 m. informacinio proceso publikacija: *Istorijos šaltinių tyrimai*, t. 1, Vilnius: Lietuvos istorijos institutas, 2008, p. 315–344.)

Šioje publikacijoje skelbiami trys ankstyvieji XVI a. pab. – XVII a. pr. kandidatų į Vilniaus vyskopus ordinarus informaciniai procesai su juos lydinčiais dokumentais (Vilniaus universiteto bibliotekos Rankraščių skyrius, f. 267–775, l. 24–76).

Tekstai skelbiami pagal publikacijai parengtą mašinraštį. Padaryti tik nedideli pakeitimai, pritaikant prie BIS grafinio formato, taip pat:

- a. suvienodinta didžiųjų ir mažųjų raidžių rašybą (Jatulis linkęs atsisakyti ano meto lotynų kalboje dažnų, šiais laikais atrodančių perteklinėmis, raidžių. Skirtingu metu perrašytuose tekstuose rašybą nėra visai vieninga, tad istorikas pats ją vienodino, tačiau ne iki galo. Publikacijoje pasirinktas minimalistinis didžiųjų raidžių vartojimo variantas);

- b. pataisytos negausios akivaizdžios korektūros klaidos, o žodžiai, kuriuose galima pasitaiko nenorminiai rašybos variantai, netaisomi, bet pažymimi [!];
- c. trumpi Jatulio paaiškinimai po tekstu yra redaguoti – vienu atsisakyta, kaip orientuotų tik į LDK istorijos visai nežinančią auditoriją, kiti patikslinti, arba įterptas vienas kitas papildomas komentaras, atskirai jų nežymint. Atsisakyta įvadinių vyskupų biogramų lotyniškai – jų pateikiama informacija labai formali ir menkai naudinga skaitmeninės eros skaitytojui.

BERNARDUS MACIEJOWSKI (1597)

ASV, Proc. Cons. ii, f. 60–70.

PROCESSUS

super vita et moribus r.mi domini Bernardi Macieiovii,
episcopi Luceoriensis, necnon super statu ecclesiae Vilmensis.

|| Germanicus marchio Malaspina¹, Dei et Apostolicae Sedis gratia *f. 61*
episcopus Sancti Severi et utriusque signaturae referendarius, necnon
Sanctissimi Domini Nostri Clementis divina providentia papae octavi²
eiusdemque Sanctae Sedis ad ser.mum Sigismundum Poloniae et Suetiae
regem ipsumque Poloniae regnum, cum potestate legati de latere nun-
tius. Significamus tenore praesentium universis et singulis, qualiter coram
nobis comparens personaliter rev.mus dominus Bernardus Macieiovius,
episcopus Luceoriensis, nobis ostendit litteras authenticas ser.mi regis
praedicti, quibus ipsum eidem SS.mo Domino Nostro ab episcopatu
Luceoriensi ad ecclesiam cathedralem Vilmensem iam diu vacantem
transferendum nominat, petiitque debita cum instantia, ut tum de vita
et moribus ipsius, tum de statu dictae ecclesiae Vilmensis diligentem in-
formationem capere, eamque ad eundem SS.mum Dominum Nostrum
transmittere vellemus, ut Sanctitas Sua singulari sua prudentia quid op-

¹ Germanicus Malaspina, ep. S. Severi, nuntius ap. in Polonia et Lituania (1592–1598).

² Clemens VIII P. M. (1592–1605).

timum factum sit, statuere et necessitati memoratae ecclesiae Vilmensis consulere dignetur. Nos igitur iustae supradicti domini episcopi petitioni locum dare volentes, decrevimus fieri processum consistorialem in forma et sic de nostro ordine et mandato coram auditore nostro per infrascriptum notarium nostrum diligenter examinati sunt infrascripti testes super vita et moribus praedicti rev.mi domini episcopi, necnon super statu ecclesiae Vilmensis. Qui testes priusquam ad examen accederint, in manibus nostris de veritate dicenda corporale praestiterunt iuramentum.

(Coram r.do Hieronymo Barboncino, nuntii supradicti causarum auditore, et Laurentio Bordino, laico, dioecesis Brixiensis, publico apostolica et imperiali auctoritatibus notario, Varsaviae, a. 1597 mense iulio)

A. DEPOSITIONES TESTIUM SUPER VITA TRANSFERENDI

Testes ex officio examinati:

1. *Die 1 iulii 1597:* R.dus d.nus Andreas BURSKI [*ms.* Barsky], custos ecclesiae collegiatae Varsaviensis, annorum 39 ||.
f. 62v
2. *Eodem die:* R.mus d.nus Ioannes TARNOWSKY³, regni Poloniae vicecancellarius, annorum 50 ||.
f. 62v–63
3. *Die 2 iulii 1597:* R.dus d.nus Stanislaus FOGELVEDRIUS, canonicus Cracoviensis et sacrae reginalis maiestatis secretarius, annorum 60 ||.
f. 63rv
4. *Eodem die:* R.dus d.nus Matthias PSTROKONSKY⁴, canonicus Cracoviensis et regens cancellariae regiae, annorum 36 ||.
f. 63v–64
5. *Eodem die:* R.dus pater Petrus SKARGA⁵, Societatis Iesu, et ser.mi Poloniae regis a sacris concionibus ||.
f. 64v

³ Ioannes Tarnowski, ab. a. 1591 vicecancellarius regni Poloniae, ep. Posnaniensis (1597 XI 10 – 1600 VI 12), postea ep. Cuiaviensis et aliquos menses archiep. Gnesnensis († 1604 IX 14).

⁴ Matthias Pstrokowski, ab. a. 1590 regens cancellariae regiae, ab. a. 1598 referendarius regni, ep. Premyslensis, deinde ep. Cuiaviensis († 1609).

⁵ Petrus Skarga, S.J., a. 1564 presb. ordinatus et can. cathedralis Leopoliensis factus; a. 1569 Societatem Iesu ingressus; ab. a. 1573 prof. collegii Vilmensis, primus rector academiae Vilmensis (1579–1584); concionator regius († 1612).

6. *Eodem die*: R.dus pater Bernardus Golinski, S. I., sacrae regiae maiestatis a confessionibus, annorum circiter 45 ||.

f. 65rv

Ad 1. BURSKI: respondit novisse se r.dum d.num episcopum Luceoriensem praefatum ab annis amplius 20, primum Perusii in Italia cum litteris operam daret, deinde in Polonia in aula sacrae regiae maiestatis et aliis in locis; neque illum ulla vel consanguinitate vel affinitate contingere, sed esse quidem illi amicum et interius familiarem.

TARNOWSKY: respondit se nosse ab annis 30 rev.mum d.num episcopum Luceoriensem praedictum, primum in aula Maximiliani imperatoris, deinde regni Poloniae; esseque illi amicum et familiarem, sed non consanguineum neque affinem.

FOGELVEDRIUS: respondit se cognoscere rev.mum ... ab annis 25, primum Patavii, deinde in aula regni Poloniae; habere cum illo esse amicitiam⁶ et familiaritatem, affinitatem autem et consanguinitatem nullam.

PSTROKONSKY: respondit se nosse rev.mum ... ab annis duodecim et amplius, primum in aula || Stephani olim regis⁷, deinde in aula huius regiae maiestatis; ... tantummodo amicitiam et familiaritatem intercedere.

f. 64

SKARGA: respondit se nosse ipsum d.num episcopum ... ab annis triginta in aula regum Poloniae; illi esse amicum, sed non consanguineum neque valde familiarem.

GOLINSKI: respondit nosse se ab annis amplius decem rev.mum ... in aula regis Poloniae et aliis in locis; habere cum illo amicitiam et familiaritatem ...

Ad 2. TARNOWSKY: respondit se audivisse et pro certo credere illum natum esse in dioecesi Cracoviensi.

FOGELVEDRIUS: ... existimare se illum natum esse in dioecesi Cracoviensi, quia ipsius familia sua in ea habet bona.

GOLINSKI: respondit natum illum esse in districtu Lublinensi dioecesis Cracoviensis.

Ad 3. BURSKI: respondit credere se eum natum ex legitimo matrimonio catholicis, nobiles et honestis parentibus, quoniam ita omnes affir-

⁶ *ms.* amicitiam.

⁷ Stephanus Bathoreus, rex Poloniae et MDL.

mant; tum quod non nisi ex nobilibus et legitimis parentibus procreati ad huiusmodi dignitates solent promoveri.

SKARGA: respondit natum esse ex legitimis, catholicis et nobilibus parentibus, quos ipse deponens probe novit. [*Ita et GOLINSKI.*]

Ad 4. BURSKI: respondit existimare se illum natum esse annos quinquaginta in circa. [*Similiter et alii testes.*]

Ad 5. BURSKI: respondit scire se illum esse in sacris ordinibus constitutum, quia vidit celebrantem. A quot annis autem, dixit se nescire.

TARNOWSKY: ... a quanto autem tempore dixit sibi compertum non esse, putare tamen ab annis 12 vel 15.

FOGELVEDRIUS: ... a multis annis constitutum esse in sacris ordinibus, quia a multis annis vidit illum celebrantem.

Ad 6. BURSKI: Respondit putare se illum, cum sit episcopus, exercitatum esse in functionibus ecclesiasticis, et cum ipsum aliquoties viderit missam celebrantem, cantantem, et alia munia episcopalia obeuntem, famam publicam esse eum semper devote et catholice vixisse.

SKARGA: respondit scire se illum esse in muneribus ecclesiasticis et episcopalibus versatum, in sacramentorum susceptione frequentem, devotum, pium et catholicae religionis defensorem acerrimum.

Ad 7. BURSKI: respondit bene illum audire apud omnes tam quod probitatem vitae et bonos mores, quam quoad conversationem.

Ad 8. BURSKI: respondit cum alia multa, tum vero eius in senatu dictae sententiae declarare illum esse virum gravem et valde prudentem.

Ad 9. SKARGA: respondit se nescire, an ille sit humano vel divino iure laureatus, hoc vero scire eum esse in litteris instructum, quae in episcopis ad docendum alios requiruntur.

Ad 10. BURSKI: respondit intelxisse se a multis viris bonis et veritatis amantibus, illum optime administrasse episcopatum Luceoriensem.

Ad 11. [*Omnes testes dicunt nullum eum publicum scandalum dedisse, et existimant nullo eum impedimento canonico teneri.*]

Ad 12. BURSKI: respondit se plane credere eum esse aptum ad illam et quamlibet aliam cathedralem ecclesiam regendam propter auctoritatem illius, pietatem, prudentiam, doctrinam et integritatem.

SKARGA: respondit illum haberi ab omnibus idoneum ad gubernandam ecclesiam Vilnensem ipsamque ecclesiam tanto viro indigere.

GOLINSKI: respondit se minime dubitare, quia ille sit idoneus || propter plurimas eius virtutes ad regendam non solum ecclesiam Vilnensem, sed etiam Gnesnensem, et dignus qui ei praeficiatur. *f. 65v*

B. DEPOSITIONES TESTIUM SUPER STATU ECCLESIAE CATHEDRALIS VILNENSIS

Testes ex officio examinati:

1. *Die 3 iulii 1597:* R.dus d.nus Franciscus POMASKY, decanus Sandecensis, secretarius regiae maiestatis, annorum 28 ||. *f. 66rv*
2. *Die 4 iulii 1597:* R.dus d.nus Albertus KOCHLEWSKY, [*ms. Cohlewsky*], sacrae regiae maiestatis secretarius, annorum 34 ||. *f. 67rv*

Ad 1. POMASKY: respondit civitatem Vilnae sitam esse in magno ducatu Lithuaniae, patereque in circuitu ad tria milliaria italica. Cetera dixit se nescire. Illa vero scire, quia inibi literis operam dedit.

KOCHLEWSKY: respondit civitatem Vilnae sitam esse in Lithuania, satis amplam: posse constituere tot focos quot Cracovia, et regi Poloniae subiacere. Atque haec se scire, quia inibi primum cum regia maiestate fuit, deinde non ita pridem missus ab ipsa maiestate cum literis ad capitulum.

Ad 2. POMASKY: respondit cathedralem ecclesiam esse in eadem civitate sub invocatione Sancti Stanislai, structura eleganti, qualem decet esse ecclesiam cathedralem. Quodque reparatione illa tamen indigebat eo tempore, quo ipse illic agebat.

KOCHLEWSKY: resp. ecclesiam cathedralem in illa esse satis bene extructam; suffraganeam illam esse putare archiepiscopo Gnesnensi; antea reparatione indigisse, sed nunc optime reparari.

Ad 3. POMASKY: resp. dignitates istas esse in illa ecclesia: praeposituram, decanatum, archidiaconatum, scholasticatum, cantoriatum et custodiam. De canonicorum autem presbyterorumque numero nescire. De proventibus vero eorum, ut audivit ex canonico quodam dictae ecclesiae, canonicatum in fundo habere quadraginta vel quinquaginta florenos.

KOCHLEWSKY: resp. praelaturas esse sex [*ut supra*], canonicos autem decem, vicarios novem, exceptis altaristis et mansionariis. Praeposituram esse maiorem dignitatem post pontificalem. Praepositum habere sin-

gulis annis 300 florenos, scholasticum fere totique, archidiaconum fere ducentos, alios praelatos minus. Omnes canonicos habere in fundo 50 florenos, 30 vero florenos qualibet hebdomada illis distribui, exceptis illis quinquaginta, quos singuli annuatim habent; et etiam dari pro pane qualibet hebdomada unicuique talerum; habere praeterea capitulum villas aliquot, quas accipiunt ordine et per senium, quae praestimonia appellantur.

Ad 4. POMASKY: resp. cultum divinum in ea exerceri debito modo, prout ipse vidit.

Ad 5. KOCHLEWSKY: resp. in ea, quod ipse sciat, non exerceri cura animarum etc.

f. 66v **Ad 6.** POMASKY: || resp. sacrarium quomodo sit instructum, se non exacte scire, recordari quidem paramenta, ornamenta et sacram supplectilem fuisse honestam et decentem, chorum, organa bona, campanille non adeo idoneum pro sustinendis campanis. Coemeterium circa ecclesiam etc. KOCHLEWSKY: habere omnia sufficienter.

Ad 7. POMASKY: resp. corpus sancti Casimiri et reliquias sancti Stanislai in ecclesia esse.

Ad 8. POMASKY: resp. domum episcopi sitam esse in platea dicta Scopova, sed non valde aptam pro episcopo; habere tamen circulum et locum in se aptum ad extruendum.

f. 67v KOCHLEWSKY: ||: resp. habere aulam episcopalem satis bonam, et quod pro reparatione illius capitulum iam destinavit tria millia florenorum.

Ad 9. POMASKY: resp. non se esse plane informatum de redditibus episcopalibus; verum prout a multis intellexit, eos non posse excedere annuatim summam 14 millium scutatorum.

KOCHLEWSKY: resp. habere in redditibus ad 15 millia florenorum polonicalium, quoniam multa bona sunt occupata a palatino Vilnensi⁸ et aliis hereticis; hos autem redditus percipi ex villis et pagis et civitatibus, quas habet dicta ecclesia; pensione vero nulla oneratam esse.

Ad 10. POMASKY: resp. se non bene recordari nisi de duabus ecclesiis parochialibus; collegiatis esse nullas; monasteria vero esse quatuor: bernardinorum sancti Francisci de observantia et itidem sancti Francisci dicti

⁸ Christophorus Radvila, filius Nicolai Rufi, palatinus Vilnensis (1584–1603).

calerati⁹, dominicanorum et carmelitarum; collegium patrum Societatis Iesu; virginum etiam coenobium.

KOCHLEWSKY: resp. se nescire, quot ecclesiae parochiales sint in dicta civitate; esse unum coenobium virginum et alia monasteria virorum, nempe dominicanorum et franciscanorum de observantia; an plura sint, se nescire.

Ad 11. POMASKY: resp. dioecesim esse amplissimam, sed quot milliarum vel in longitudinem vel in latitudinem pateat se nescire.

KOCHLEWSKY: resp. esse amplissimam, quippe complectatur fere totam Lithuaniam, partem Russiae Albae et Podlachiae.

Ad 12. POMASKY: resp. ecclesiam vacare a sex annis per translationem ill. mi cardinalis Radzivilii ad ecclesiam Cracoviensem¹⁰.

Regestum confirmationis pontificiae. Romae 1597 IX 1.

ASV A. Cam. 13 f. 79v.

Romae in Monte Quirinali die Lunae 1 septembris 1597 fuit Consistorium secretum, in quo SS. mus D. nus Noster

Referente card. Montalto¹¹, absolvit r. dum d. num Bernardum a vinculo ecclesiae Luceoriensis et ad supplicationem regis transtulit illum ad ecclesiam Vिल्nensem vacantem per translationem card. Radivili ad ecclesiam Cracoviensem, cum dispensatione, quod non sit assecutus gradum doctoratus, et cum decreto, quod antequam possessionem adipiscatur, professionem fidei emittat et illius instrumentum quamprimum ad Curiam transmittat. Absolvens etc.

⁹ *probabiliter legendum* calceati.

¹⁰ Card. Radvila 1591 VIII 9 ad ecclesiam Cracoviensem translatus fuit.

¹¹ Andreas Perettus de Monte Alto (Montaltus), card. ab a. 1596 VI 5 († 1629).

BENEDICTUS VOINA (1600)

ASV Proc. Cons. 11 f. 455-470v.

f. 470v || PROCESSUS

super vita et moribus illustris et admodum r.di d.ni Benedicti Voina, custodis cathedralis ecclesiae Vilmensis et praepositi Trocensis, ex gratia et benignitate SS.mi D.ni Nostri Clementis divina providentia papae VIII eiusque S. Sedis ad ecclesiam cathedralem Vilmensem vacantem promovendi, et de statu ecclesiae praedictae. (L.S.)

f. 455 || Claudius Rangonus¹² comes, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Regii et princeps, necnon SS.mi D.ni Nostri D.ni Clementis divina providentia papae VIII assistens et praelatus domesticus, proque eodem SS.mo eiusque Sancta Sede ad ser.mum Sigismundum Poloniae Suetiaequae regem totumque Poloniae regnum omniaque alia dominia et loca quomodolibet ipsi regi subiecta cum facultatibus legati de latere nuncius.

Universis et singulis Christi fidelibus salutem in Domino. Noveritis coram nobis illustrem et admodum r.dum d.num Benedictum Voinam, praepositum Trocensem et custodem cathedralis ecclesiae Vilmensis, die 19 aprilis anno 1600 Varsaviae in monasterio Sancti Georgii comparuisse, literasque ser.mi regis, quibus ipsum SS.mo D.no Nostro ad ecclesiam cathedralem Vilmensem praesentat una cum infrascripta comparatione nobis porrexisse...

(Coram r.do d.no Horatio Amadutio, auditore generali supradicti nuntii, et Ludovico Coduro, clerico Regiensi, notario publico, necnon Mutio Toscano secretario, Varsaviae a. 1600 mense aprili.)

¹² Claudius Rangoni, episcopus Regiensis (Reggio Em.), nuntius ap. in Polonia et Lithuania (1599–1606).

A. DEPOSITIONES TESTIUM SUPER VITA ET MORIBUS
PROMOVENDI

Testes ex officio examinati:

1. *Die iovis 20 aprilis 1600:* Ill.mus d.nus Andreas ZAVISSA, thesaurarius magni ducatus Lituaniae, annorum 43 ||. *f. 456rv*
2. *Die sabbati 22 aprilis 1600:* Illustris et magnificus d.nus Christophorus DZIERZEK, filius quondam Ioannis, aulicus et secretarius suae regiae maiestatis, vexillifer palatinatus Trocensis, annorum 49 ||. *f. 457rv*
3. *Eadem die:* Magnificus d.nus Petrus TRYZNA, filius quondam Georgii castellani Smolenscensis, capitaneus designatus Bobroisk, annorum 38 ||. *f. 458–459*
4. *Eadem die:* Ill.mus d.nus Theodorus SKUMIN, palatinus Novogrodensis, capitaneus Grodnensis, filius quondam Leonis Skumin marschalci curiae magni ducatus Lituaniae et capitanei Carnobyliensis, annorum 50 ||. *f. 459–460*
5. *Eadem die:* Illustris d.nus Ioannes SKUMIN TYSZKIEWICZ, filius Theodori palatini Novogrodensis etc., capitaneus Braclaviensis et Cirinensis, annorum 28 ||. *f. 460–461*
6. *Eadem die:* Illustris et magnificus d.nus Laurentius RUDAMINA¹³ Dusiatski, filius quondam Matthiae capitanei Utanensis [= Utena], capitaneus Herpitolensis in Lituania, annorum 44 ||. *f. 461–462*
7. *Eadem die:* Illustris et admodum rev.dus d.nus Eustachius VOLOVICZ¹⁴, cantor ecclesiae cathedralis Vlnensis, referendarius magni ducatus Lituaniae, filius quondam illustris d.ni Ioannis, capitanei Grodnensis, annorum 28 ||. *f. 462v–463v*
8. *Die lunae 24 aprilis 1600:* Ill.mus d.nus Petrus VIESIOŁOWSKI, marschalcus curiae magni ducatus Lituaniae, filius quondam Petri, annorum 50 ||. *f. 464rv*
9. *Die mercurii 26 aprilis 1600:* Ill.mus et exc.mus d.nus Leo SAPIEHA, cancellarius magni ducatus Lituaniae, filius quondam ill.mi d.ni Ioannis Sapiehae palatini Podlachiae, annorum 43 ||. *f. 465–466*

¹³ *ms.* Rudomina.

¹⁴ i. e. Wołłowicz, postea episcopus Vlnensis.

10. *Die iovis 27 aprilis 1600*: Admodum r.dus p. Petrus SKARGA¹⁵, sacerdos Societatis Iesu, concionator regius, Posnaniensis dioecesis, annorum 64 ||.

f. 466v–467

Ad 1. ZAVISSA: Novi bene illustrem et admodum r.dum d.num Benedictum Voinam ferme ab annis decem, quia sum eiusdem dioecesis cuius et ipse, et illius patriae vicinus.

DZIERZEK: Novi optime perillustrem ... ab anno 1578 incirca in Lituania in aula ser.mi bonae memoriae regis Stephani, et etiam in Polonia, et causa cognitionis fuit, quia saepius in aula collocati simul fuimus.

TRYZNA: Cognosco ferme a 20 annis illustrem ..., quia Bononiae in una domo hospitali fuimus; ibi ego mansi, et ille venerat tunc Romam et reversus est in Poloniam.

TH. SKUMIN: Agnosco ab ineunte ferme aetate illustrem ..., quia ex parte matris meae est mihi sanguine iunctus, et puto esse in quarto gradu.

IO. SKUMIN: Cognosco illustrem ... ferme ab annis 10, et cognovi illum in Lituania, cum sit ille vir magnae autoritatis.

RUDAMINA: Novi bene illustrem ..., ferme a 26 annis incirca, et causa cognitionis fuit, quia ipse aliquando scholas Patrum Iesuitarum Vilnae visitabat, cum rediisset ex Germania, antequam insimul ivissemus in Italiam; et ego tunc temporis Vilnae studebam apud patres.

VOLOVIC: Novi optime illustrem ..., quia nati sumus in eadem patria, nempe Lituania, et dum studiis vacarem Vilnae novi illum praelatum ecclesiae || Vilnensis, videlicet custodem, credo iam ab annis 16 incirca.

f. 463

VIESIOŁOWSKI: Novi optime illustrem ... adhuc in iuvenili aetate, et ego iam eram in aula et ille adhuc scholaris erat.

SAPIEHA: Novi optime illustrem ... ferme a 30 annis, quia dum essem iuvenis et ille tamen maior natu, anno 1570 venimus Lipsiam in Saxonia et ibi per biennium studuimus in academia praedicta.

SKARGA: Novi bene illustrem ... a puero, iam sunt ferme 30 anni, quia studebat in collegio nostro Vilnae.

Ad 2. ZAVISSA: Negative quad consanguinitatem et propinquitatem, quo vero ad familiaritatem, habuisse cum illo antiquam.

¹⁵ ms. Scarga.

IO. SKUMIN: Scio quendam affinitatem intercedere inter nos, sed qualis sit nescio, et ex eo tempore quo illum cognovi, dilexi et amavi illum, et ille me e contra.

VOLOVICZ: Nescio an simus ad invicem consanguinei, licet intercedit aliqua cum eius familia, et si cum eo intercederet aliqua, multum esset remota, et sum illius amicus ex supradictis, et quia ego etiam fui eiusdem ecclesiae canonicus et nunc cantor.

VIESIOŁOWSKI: respondit nullam habere cum illo affinitatem, sed tantum frater illius germanus habet in uxorem ex avunculo meo materno filiam, et sum illi antiquissima familiaritate coniunctus.

Ad 3. ZAVISSA: Non cognovi parentes ipsius, sed audivi ex publica fama illum fuisse de legitimo matrimonio et nobilissimis parentibus procreatum; an fuerint catholici, nihil audivi.

DZIERZEK: respondit quod optime scit illum de legitimo matrimonio et nobilibus parentibus procreatum, licet ipse parens fuit ruthenus, tamen obediens Sanctae Romanae Ecclesiae, quia sic audivit, et est Vilmensis dioecesis; ubi fuerit educatus, dixit se nescire.

TH. SKUMIN: resp. affirmative, videlicet quod sit de legitimo matrimonio et catholicis et nobilibus parentibus procreatus, licet erant rutheni, sed tamen a catholicis non multum dissentiebant; est dioecesis Vilmensis; educatus est primum in scholis Vilmensibus, deinde in Italia, maxime Romae.

IO. SKUMIN: Semper ita audivi illum esse ortum de legitimo matrimonio ex parentibus quidem ruthenis sed tamen catholice viventibus et non admodum dissentientibus a fide catholica et illis quidem nobilibus; cuius sit dioecesis et ubi educatus, ignoro.

RUDAMINA: ... an natus fuerit de catholicis parentibus, dixit se ignorare; de nobilitate dixit se bene scire d.nos Voinas habuisse patrimonia sua penes Grodnam; sed nescisse cuius sit dioecesis, credere tamen esse Vilmensis, et scire quod fuerit educatus in studiis, primo in Germania, et quando redierat in Lituaniam erat annorum 20 incirca, et postea data sibi fuit praepositura Trocensis, et postmodum iverat Romam.

VOLOVICZ: ... scio illum ex nobilibus parentibus ortum, quo vero ad catholicos, audivi illius parentes fuisse ruthenos schismaticos; et est dioecesis Vilmensis; et scio illum studuisse Romae et in aliis Italiae partibus.

САПІЕHA: || Scio quod est de legitimo matrimonio natus, quia novi pa- *f. 465*

rentes eius, et ab omnibus fere praedicatur et approbatur illum de legitimo matrimonio natum et sine omni suspitione; et natus est ex nobilibus sed ex ruthenis schismaticis; verum est quod ego locutus sum cum patre ipsius, qui non dissentiebat a multis in fide catholica, maxime circa processionem Spiritus Sancti, imo ferme omnes filii fuerunt catholici, nam septem habuit filios et, inter hos tres vel quatuor catholici, et praecipue praedictus d.nus Benedictus et frater eius vicecancellarius Lituaniae¹⁶; et est dioecesis Vilmensis; a pueritia fuit educatus Vilnae in scholis patrum Societatis Iesu, deinde Lipsiae, postmodum Romae.

SKARGA: Scio illum natum esse de legitimo matrimonio ex nobilibus sed ruthenicis schismaticis parentibus; est dioecesis Vilmensis, educatus in nostris scholis, ut dixi, et Romae etiam, et in catholica fide a me fuerat reconciliatus anno 1573, sicuti etiam reconciliaui duos alios eius fratres: vicecancellarium et notarium seu scribam magni ducatus Lituaniae¹⁷ anno 1576.

Ad 4. ZAVISSA: scio ipsum esse sacerdotem catholicum et de nulla unquam haeresi suspectum; et quantum scire potui, novi illum timoratae conscientiae, Dei honoris et salutis proximi zelantem.

DZIERZEK: respondit scire ipsum esse virum catholicum et pientissimum, et vidisse illum saepe ac saepius concionari et confessiones audire, pauperibusque et miserabilibus personis plus quam substantia sua forsitan merebatur subvenientem; nunquam de aliqua haeresi suspectum, timoratae conscientiae, Dei honoris et salutis proximi zelantem. Viduis pauperibus pro earum filiis dotem de proprio dedisse, et qui vellet videre eius in pauperes et miserabiles charitatem et pietatem, oportet illum accedere domum suam Vilnae, videret quottidie domum eius plenam pauperum et miserabilium || personarum, quibus ipse non solum bonis suis, sed etiam consilio subvenit, neminem unquam respuendo, sed quemlibet benigne et pie amplectentem.

f. 457v

TH. SKUMIN: Statim quod ex ephebis exivit, ex rutheno factus est catholicus, videlicet suscepit ritum Ecclesiae Romanae, et nunquam audivi suspectum de aliqua haeresi, timoratae conscientiae, Dei honoris et salutis proximi zelantem.

¹⁶ Gabriel Voina, vicecancellarius MDL (1589–1615).

¹⁷ Probabiliter Matthias Voina, qui ab a. 1589 notarius MDL fuit († 1606).

VOLOVICZ: Scio ipsum esse catholicum virum ab eo tempore, quo illum cognovi, et nunquam scio fuisse suspectum de aliqua haeresi, et scio esse virum timoratae conscientiae, Dei honoris et salutis proximi zelantem, quia scio ipsum egisse quasdam causas ecclesiae Vilmensis et illius dioecesis in ecclesiis contra haereticos multum zelose et ardentem.

САПІЕHA: || Natus quidem fuit ex parentibus ruthenis schismaticis, ut dixi, et studuit postmodum a pueritia in praedicta universitate Lipsiensi luterana, sed semper cognovi illum abhorrere ab haeresi, sicuti successu temporis re ipsa demonstravit. Nam quando studebat Vilnae apud patres Iesuitas, imbutus erat catholica religione, et habeo illum pro viro timoratae conscientiae et optimo sacerdote, qui bonum semper aliis exemplum praebuit et praebet, Dei honoris et salutis proximi zelantem; possum dicere et affirmo, quod ostendit inter caetera praecipue tunc temporis, dum combusta fuit Vilnae domus conventiculae calvinistarum¹⁸ nescitur a quo, tamen accusati fuerunt patres Societatis Iesu et studiosi et omnes cives Vilmenses catholici, et dum hac de re fuissent citati ad tribunal magni ducatus Lituaniae, ubi erant iudices ferme 40, et ferme omnes haeretici, illic admodum R.dus D.nus Benedictus Voina monstravit, qualem zelum habuit erga Deum et proximum: egregie enim defendit patres Societatis Iesu, studiosos et omnes cives, qui accusati fuerunt, et sic restitit non tantum parti adversae haeticorum, quae fuit satis potens, sed etiam ipsis iudicibus, qui ut dixi, ferme omnes ex haeticis erant. Et nunc quoque aliquot villas ab ecclesia praedicta Vilmensi alienatas recuperavit. Praeterea praeterito anno feria secunda Paschae, dum rev.mus d.nus episcopus Samogitiae¹⁹ sacramentum confirmationis post vespertas conferebat, haeretici excitaverunt tumultum et rev.mum d.num episcopum Samogitiae cum toto clero²⁰ rot-magister, ut est militum arcis capitaneus seu praefectus, qui est haeticus, || clausit ostium arcis et volebat retinere in arce captivos episcopum praedictum et catholicos, qui tunc ibi aderant, nec dimittere volebat, ita ut iam fere

¹⁸ Domus orationis Vilmensis evangelicorum reformatorum 1591 VI 9 igne absumpta est.

¹⁹ i. e. Melchior Giedraitis.

²⁰ *ms.* clero et

coacti manere per noctem cum toto clero in ecclesia et cum catholicis hominibus fuerint, qui confirmationi adfuerunt, cum maxima ignominia catholicorum, praedictus admodum r.dus d.nus Benedictus suscepit hanc causam et sic illam egit coram sua regia maiestate, ut decreto eiusdem suae regiae maiestatis rot-magister praedictus fuerit condemnatus Vilnae ad vincula ad sessionem turris, ubi capite damnati custodiuntur, ad 12 septimanas; praeterea idem rot-magister periclitatur nunc de officio suo; et multa alia exempla possem adferre, quae praeseferant Dei et proximi zelum, quae ommito brevitatis causa.

SKARGA: A tempore reconciliationis praedictae ipse semper fuit et est constans in fide catholica, nec unquam fuit suspectus de aliqua haeresi, timoratae conscientiae, Dei honoris et salutis proximi zelantem novi eum semper, et dum erat puer, semper erat propensus ad fidem catholicam.

Ad 5. ZAVISSA: Sine dubio est 40 annorum.

DZIERZEK: 50 annorum incirca.

TRYZNA: Iudicio meo dico, illum esse annorum 40 et ultra.

[*Ita etiam* TH. et IO. SKUMIN, VIESIOLOWSKI et SKARGA.]

RUDAMINA: Ego ipsum iudico esse annorum 46 ex his quae supradixi.

VOLOVICZ: Iudico illum esse 43 annorum incirca.

SAPIEHA: Puto illum agere 46 annum ad minimum.

Ad 6. ZAVISSA: ... non fuisse unquam neque coniugatum neque bigamum.

DZIERZEK: respondit negative, imo scire ipsum esse castissimum, et unquam contrarium de vita et moribus eius audivisse.

TRYZNA: respondit negative, imo audivi a teneris annis ipsum addictum semper fuisse clericali militiae.

[*Et alii testes nunquam audiverunt eum fuisse coniugatum vel bigamum.*]

Ad 7. [*Omnes testes affirmant eum esse integerrimae vitae.*]

DZIERZEK: ... et nunquam audivisse ipsum nec vidisse ebrium, etiam fuisset apud ipsum testem saepius in conviviis.

f. 459v TH. SKUMIN: || Certe scio illum fuisse semper pium virum et integerrimae vitae; ille est praepositus in civitate Trocensi, quae est antiquior civitate Vilnensi, et ibi erat primitus sedes magnorum ducum Lituaniae, et deinde erat translata Vilnam; et dum fuit administrator Vilnensis

episcopatus, non obstantibus negotiis administrationis a Vilna proficisciebatur²¹ Trocum fere singulis septimanis ad suam praeposituram ad celebrandam missam, ad concionandum et audiendum confessiones.

Ad 8. [*Omnes testes affirmant eum nullum scandalum publicum dedisse.*]

DZIERZEK: respondit negative in omnibus; audivisse enim a piis viris ipsum fuisse et esse virum pientissimum, et a patribus Societatis Iesu Vilnae commorantibus, praesertim a patre Visocki.²²

Ad 9. [*Nempe: an sciat vel audiverit eidem aliquid fuisse imputatum in iudicio vel extra, in foro ecclesiastico seu saeculari, de re tangente vitam, mores et fidem. Omnes testes respondent: Negative in omnibus.*]

Ad 10. ZAVISSA: respondit illum saepe celebrare, et etiam se interfuisse aliquoties eius sacrificiis.

DZIERZEK: respondit credere ipsum non ammittere diem, quin sacrificium missae offerat Deo, summa cum reverentia et devotione.

TRYZNA: Ego multoties vidi ipsum non solum in cathedrali ecclesia, sed in aliis etiam ecclesiis cum maximo zelo sacram missam celebrare suaque officia peragere.

IO. SKUMIN: Memini me audivisse missam cantatam ab illo Vilnae, et scio ipsum concionari in sua praepositura Trocensi frequenter et audire confessiones.

RUDAMINA: Ego saepius missam eius audivi.

SAPIEHA: Scio ipsum frequentare et modo etiam frequentasse sacramenta, et ipsemet vidi aliquoties.

SKARGA: Scio illum saepe solitum frequentare sacramenta, et nunc frequentat, quia illum vidi saepe celebrantem missam.

Ad 11. DZIERZEK: A 20 annis incirca novi illum optimum sacerdotem.

TRYZNA: A decem annis citra cognovi illum sacerdotem.

VOLOVICZ: reffert se ad superius dicta, sed a quanto tempore, nescit; scit bene, quod a 16 annis cognovit illum sacerdotem.

SAPIEHA: Ferme a 18 annis incirca cognovi illum sacerdotem.

²¹ *orig.* proficisciebatur.

²² Simon Wysocki SI (ca 1546 – 1622) Vilnae egit praefectum ecclesiae S. Ioannis, bursae et seminarii dioecesanis; author fuit erectionis ecclesiae S. Stephani cum hospitali in suburbio Vilnensi.

Ad 12. [*De studiis et gradibus academicis.*]

ZAVISSA: Certe ex ipso non quaesivi, sed video et cognosco virum esse eruditum.

RUDAMINA: Studuit Vilnae et Romae, dum ego fui Patavii; caetera in interrogatorio contenta dixit se nescire.

Ad 13. [*De beneficiis et residentia.*]

ZAVISSA: Scio illum esse praepositum ecclesiae Trocensis et custodem cathedralis ecclesiae Vlnensis; et alternatim in illa residere frequenter, et quantum ego cognovi et audivi, optime se gessit in beneficiis praedictis.

DZIERZEK: respondit scire ipsum habere praeposituram Trocensem, quae ut putat est parochialis, et credere etiam habere in cathedrali Vlnensi canonicatum vel dignitatem aliquam, et solitum esse residere in dicta sua praepositura frequenter, quia illa distat a civitati tantum quatuor milliaribus, et tribus horis potest in illa adesse.

TRYZNA: Scio quod est praepositus Trocensis et credo quod habet canonicatum Vlnensem, et nunc est administrator Vlnensis episcopatus; et vidi pluries illum in comitiis et in aliis publicis locis agentem causas pro dicta ecclesia Vlnensi, maxime pro recuperatione bonorum illius ab haereticis occupatorum; et vidi saepe residere in dicta praepositura Trocensi et ibidem missas celebrare, et in ea gessit se optime, et ecclesia praedicta est optime ornata ab illo.

IO. SKUMIN: Scio illum habere praeposituram Trocensem et fuisse administratorem episcopatus Vlnensis; et gessit se in ea optime et fuit exemplo aliis sacerdotibus, et illud mihi constat illum fuisse severissimum in sacerdotes, quia delinquentes puniebat; an praedicta beneficia requirant residentiam, nescio; hoc scio bene, quod in festis solennibus semper residebat in sua praepositura praedicta. [*Similiter et alii testes.*]

f. 456v **Ad 14.** ZAVISSA: || Quantum ego possum coniecere, videtur mihi esse aptus ad regendam ecclesiam Vlnensem, quia illum novi prudentem et maturi consilii; vitae exemplaris; de qualitatibus a sacro concilio Tridentino requisitis ignoro, iudico tamen illum digne posse promoveri ad episcopatum Vlnensem, et credo, quod eius promotio futura sit in honorem et servitium omnipotentis Dei et utilitatem ac aedificationem gregis sibi commitendi et decorem ordinis episcopalis.

DZIERZEK: || respondit iudicare ipsum esse prudentem, cum ipse timeat Deum, maturi consilii et vitae exemplaris in superlativo gradu; quoad qualitates a sacris canonibus et concilio Tridentino requisitis etc. dixit se nescire, iudicare tamen eum aptissimum esse ad praedictum episcopatum praeter caeteros in Lituania et futurum magis idoneum, et credere quod ipsius promotio futura sit in honorem et servitium omnipotentis Dei... *f. 457v*

TRYZNA: || Ego habeo illum pro prudente, quia quando agebat causas praedictas in comitiis, cum admiratione multorum audiebatur, maturi consilii, quia plurimi senatores consilia eius approbarunt, vitae exemplaris ..., et laudo Deum, quod ipse fuerit nominatus a ser.mo rege ad ecclesiam Vlnensem, quia iudico illum futurum esse bonum episcopum ...
Io. SKUMIN: ... iudico illum digne posse promoveri ad episcopatum Vlnensem, quia in Lituania digniorem sacerdotem non habemus ... *f. 458v*

RUDAMINA: || Ego habeo illum pro viro prudenti et scio, quod ill. mus bonae memoriae cardinalis Radzivil utebatur eum in consiliis, quia erat eius secretarius maior, maturi consilii et vitae exemplaris ... et non video in Lituania alium aptiorem ad episcopatum Vlnensem, et haec est vox populi ... *f. 462*

VOLOVICZ: || Iudico illum esse virum prudentem, nam sede vacante per octo annos laudabiliter uti administrator rexit ecclesiam cathedralem Vlnensem, et antea bonae memoriae ill. mus et rev. mus d. nus cardinalis Radzivil saepe illo utebatur in consiliis, et quando praedictus cardinalis erat Romae²³, utebatur eius opera in administratione ecclesiae praedictae, et est maturi consilii et vitae exemplaris; iudico illum habere qualitates a sacro concilio Tridentino et sacris canonibus requisitas in promovendis ad cathedrales ecclesias ... *f. 463*

SAPIEHA: || ... et putat illum posse digne et iuste promoveri ad episcopatum Vlnensem, quia ille ferme fuit a multis annis citra actu episcopus, et etiam vivente bonae memoriae ill. mo et rev. mo d. no cardinale, in absentia ipsius, dum esset Romae, administravit episcopatum praedictum, et post illius translationem ad episcopatum Cracoviensem administravit huc usque, et in eo se gessit optime, quia restauravit ecclesiam *f. 465v*

²³ Scilicet annis 1586–1587 et 1589–1591.

Vilnensem fere collapsam, et organum pulcherrimum construxit, cui similem non reperitur in Polonia et Lituania, campanilem etiam reaptavit et in altiolem formam redegit, aliam quoque turrim, ubi est horologium, reaptavit, ornamenta et vasa sacra etiam reparavit et illa plurimum auxit; ita quod eius promotio, ut spero, futura sit in honorem et servitium omnipotentis Dei ...

f. 466v SKARGA: || Ita mihi semper persuadebam de illo, et probavit illum ista administratio episcopatus per 9 annos, quia in ea gessit multa praeclara, et tutatus est fides catholicam, etiam cum suo magno periculo, contra haereticos et schismaticos; et habeo illum pro viro vitae exemplaris ...

Ad 15. [*De conversatione eius cum haereticis.*]

ZAVISSA: ... quo vero ad conversationem, esse passim in Lituania consuetudinem cum haereticis ...

DZIERZEK: respondit credere ipsum nullam habere familiam haereticam, et hoc etiam scire, quod quando quidam nobilis volebat sibi dare ad inserviendum suum propinquum haereticum, illum suscipere recusavit; et non habere familiaritatem intrinsecam cum haereticis, sed non potest esse quin non versetur cum ipsis ...

TRYZNA: Nescio, sed credo illum non habere familiam haereticam; familiaritatem habet quidem cum haereticis, sed ad bonum effectum, ut illos trahere possit ad fidem catholicam ...

TH. SKUMIN: Scio ipsum non habere familiam haereticam; et habet conversationem cum haereticis rixando tantum, sed non eos amando, et ut illos convertat ad fidem catholicam ...

f. 461 IO. SKUMIN: || Nescio an habeat familiam haereticam, credo tamen illam²⁴ non habere, nam ipse est bonus catholicus; et nullus apud nos potest effugere conversationem cum haereticis, tamen ille, si aliquam habet, habet in bonum finem, et scio istud, quod quando veniebat ad visitandum d.num parentem meum et me, contendebat de fide cum uxore mea, tunc haeretica, persuadebatque illi ut convertatur ad fidem catholicam, prout est conversa ab octo septimanis citra illius opera et studio ...

VOLOVICZ: Nullum novi inter ipsius familiares haereticum; et familiaritatem habere cum haereticis, prout alii habent in Polonia ...

²⁴ orig. illum.

SKARGA: Non habet familiam haeticam; consuetudo cum haeticis evitari non potest, sed si quam habet, puto illum habere ad lucrandas animas illorum...

Ad 16. [*An ipse est aptus ad defensionem iurisdictionis ecclesiae.*]

DZIERZEK: respondit credere illum fore et esse aptissimum ad defensionem iurisdictionis ecclesiae Vilmensis, eo maxime, quod nunc in hac administratione episcopatus praedicti gessit se optime cum laude omnium.

TRYZNA: respondit scire ipsum esse aptum ad defensionem bonorum ecclesiae Vilmensi, imo || nescire, an in tota Lituania possit aptior reperiri, quia ipse habet experientiam in hisce rebus; et iudicat futurum esse optimum pro republica Lituaniae, cum sit vir sapiens et virtuosus, et in eadem republica Lituaniae episcopus Vilmensis est primus in senatu. *f. 459*

TH. SKUMIN: Scio ille esse aptum, Deo volente, quia in his rebus admodum versatus, quia solet optime tractare res ecclesiasticas, et heri in iudiciis apud maiestatem regiam lucratus est || quinque villas, quae ab annis 70 incirca fuerant alienatae ab ecclesia; quae bona sunt in finibus Moschoviae. *f. 460*

RUDAMINA: || Ego puto illum esse aptum ad episcopatum Vilmensem, quia quando fuit, prout est administrator ecclesiae Vilmensis, contendebat cum haeticis et unum obtinuit detrudi ad sessionem turris 12 septimanarum hic Varsaviae per decretum sacrae regiae maiestatis, et audivi palatinum Vilmensem uti haeticum fuisse illum [!] infensum, quia ipse promovebat causas iesuitarum et Ecclesiae Dei. *f. 462*

SAPIEHA: Iudico illum aptissimum ex supradictis, et quia ipse est acerrimus defensor unionis ruthenicae inita cum catholica Romana Ecclesia; nam scio quod multum iuvit bonae memoriae archiepiscopum Kioviensem²⁵ in promovenda, augenda et conservanda unione praedicta.

SKARGA: Puto illum esse aptum propter eius talenta, quae habet a Domino Deo, et propter prudentiam et animi fortitudinem et alia plurima, quae omnia demonstravit in administratione episcopatus Vilmensis satis egregie.

²⁵ Michael Rahoza, metropolita Kioviensis 1588–1599.

B. DEPOSITIONES TESTIUM SUPER STATU ECCLESIAE

Testes ex officio examinati iidem ut supra:

- f. 456v–457 1. Andreas ZAVISSA ||.
f. 458 2. Christophorus DZIERZEK ||.
f. 459 3. Petrus TRYZNA ||.
f. 460 4. Theodorus SKUMIN ||.
f. 461rv 5. Ioannes SKUMIN ||.
f. 462rv 6. Laurentius RUDAMINA ||.
f. 463–464 7. Eustachius VOLOVICZ ||.
f. 464v 8. Petrus VIESIOŁOWSKI ||.
f. 466 9. Leo SAPIEHA ||.
f. 467 10. Petrus SKARGA ||.

Ad 1. ZAVISSA: Cathedralis ecclesia Vilmensis est sita in civitate Vilmensi; quae civitas est metropolis Lituaniae; et habet etiam episcopus iurisdictionem in parte civitatis praedictae.

DZIERZEK: Ecclesia cathedralis Vilmensis est sita in civitate Vilmensi inter arcem et civitatem; quae civitas est in Lituania principalis.

TRYZNA: Ecclesia cathedralis Vilmensis est sita in arce civitatis Vilmensis in Lituania.

TH. SKUMIN: Ecclesia cathedralis Vilmensis est sita in arce civitatis Vilmensis in Lituania; et habet in praedicta civitate Vilmensi episcopus iurisdictionem temporalem fere ad tertiam partem.

IO. SKUMIN: Ecclesia cathedralis est sita in arce civitatis Vilmensis magni ducatus Lituaniae, et est metropolis civitas; et episcopus Vilmensis est princeps senatus Lituaniae.

RUDAMINA: Ecclesia cathedralis Vilmensis est sita in arce civitatis Vilmensis; et est metropolis in Lituania; et episcopus habet iurisdictionem temporalem in parte civitatis, et est primas in senatu Lituaniae. [*Fere iisdem verbis et VOLOVICZ, VIESIOŁOWSKI.*]

SAPIEHA: Ecclesia cathedralis est sita in inferiore arce civitatis Vilmensis, quae est metropolis totius Lituaniae, et est satis ampla et populosa; et episcopus est princeps senatus Lituaniae et habet etiam iurisdictionem temporalem in parte civitatis. [*Similiter SKARGA.*]

Ad 2. ZAVISSA: Est amplissima dioecesis, habet multas villas et aliquot oppida sub se, et videtur mihi, quod sit sub metropolitano Gnesnensi.

TRYZNA: Dioecesis est amplissima, et scit habere plura oppida et villas sub se, cum habeat fere totam Lituaniam, excepta Samogitia. Sub quo sit metropolitano, dixit nescire.

TH. SKUMIN: Est amplissima dioecesis et maior quam Samogitia, cum tota Lituania in spiritualibus sit constituta sub duobus his episcopis; habet plura oppida et villas sub se, sed numerum ignorat, et credit esse sub metropolitano Gnesnesi; et praedicta civitas Vilmensis est metropolis in Lituania, et episcopus est princeps senatu Lituaniae.

SAPIEHA: Est amplissima quia habet sub se fere totam Lituaniam, excepta Samogitia et parte quadam Lituaniae, quam habet episcopus Luceoriensis; habet villas, praedia multa sub se, et oppida aliquot; et est sub metropolitano Gnesnensi.

SKARGA: Dioecesis est amplissima, cum habet sub se fere totam Lituaniam et magnam partem Russiae; habet infinitas villas et oppida sub se, et est sub metropolitano Gnesnensi.

Ad 3. ZAVISSA: Structura templi est elegantissima, ex lateribus fabricata, et sub administratione || praedicti domini Voinae uti administratore sede vacante eleganter est ornata, turrim quoque sacram eleganter reaptavit. Sacristiam habet vestibus et vasis sacris abundanter instructam et ornatam, altaria plura decenter ornata, et alia plurima instrumenta cultui divino inservientia, et egregias campanas et capellas. *f. 457*

DZIERZEK: Structura templi est amplissima, ex lateribus fabricata, et sub eius administratione multa fuerunt reaptata et de novo confecta, et inter caetera turris sacra reaptata, et de novo campanam maiorem refudit et organo pulcherrimo addito, in quo, ut audivit, expendit 16 millia florenorum, templum ornavit; sacristiam habet vestibus et vasis sacris argenteis bene instructam, altaria bene ornata, sicut et capellas aliaquae instrumenta cultui divino inservientia.

TH. SKUMIN: Structura templi est satis magnifica, ex lateribus confecta, et nunc praecipue cum fuerit a praedicto d.no Voina uti administratore reaptata decentissime; habet pulcherrimum campanile, quod antea fuit humile, nunc vero magnifice a praedicto d.no administratore reaptatum

et una campana maxima et valde celebri auctum. Sacristiam habet ditissimam, vestibus et vasis sacris bene instructam. Organum nuper ab eodem confectum, quod quidem est pulcherrimum et adhuc vix simile illi vidi in Polonia et in Germania; in quo expendit ad 7 millia florenorum et ultra; et reaptavit horologium et turrin in quo est horologium praedictum ipsius ecclesiae ...

IO. SKUMIN: Structura templi est ampla et elegans, ex lateribus, et fuit a praedicto domino Voina uti administratore restauratum magnifice; habet campanile, quod antea erat deforme et nunc est pulchre ab eodem reaptatum; et quandam campanam maximam procuravit reffundi. Sacristiam habet vestibus et vasis sacris instructissimam, eo maxime cum praedictus dominus administrator multa confici procuravit; altaria, capellas habet insignes et decenter ornatas et alia instrumenta cultui divino inservientia; et fecit ibi organum elegantissimum, quod non reperitur in tota Polonia simile; et turrin horologii reaptavit et in meliorem formam redegit, quae est eidem ecclesiae contigua.

f. 462v RUDAMINA: Structura templi est magnifica, ex lateribus, pulcherrime a praedicto d.no Voina restaurata; habet campanile egregie ab eodem reaptatum, et sacristiam vestibus et vasis || sacris, ut credo, instructam optime; et habet organum pulcherrimum, maximo sumptu post bonae memoriae ill.mi et rev.mi d.ni cardinalis Radzivil translationem ad ecclesiam Cracoviensem ab eodem d.no Voina confectum; capellas pulchras et altaria decenter ornata habet, et campanas et una maior de novo refusa ... [*similiter et alii testes*]

SAPIEHA: Structura templi est magnifica ... Et habet sacellum regium satis amplum, ubi sepeliuntur reges et ubi sepultus est Alexander rex et duae reginae.

Ad 4. ZAVISSA: Clerus est numerosus. Adsunt circa 20 canonici et praelati et alii plures sacerdotes.

VOLOVICZ: Duodecim sunt canonici, sex praelati, videlicet praepositus, archidiaconus, decanus, scholasticus, custos et cantor, et clerus est numerosus.

SAPIEHA: Praelati sunt 6 et canonici 12; clerus et alii sacerdotes sunt plurimi; et ego habeo etiam ibi capellam, cui inserviunt 5 sacerdotes, videlicet praepositus cum 4 mansionariis.

Ad 5. ZAVISSA: Redditus annuos credo ascendere ad 15 millia florenorum incirca.

DZIERZEK: Audivi ante obitum ill.mi d.ni cardinalis Radzivil ascendere fructus annuos ad 15 millia florenorum, et ita audivi a familiari quodam, qui revidebat computa aliorum ministrorum; modo audivi ascendere ad 20 millia florenorum.

TRYZNA: Audivi a popularibus palam, redditus annuos ascendere ad summam 16 millium florenorum.

VOLOVICZ: Redditus ecclesiae cathedralis ascendunt ad 25 millia florenorum incirca, prout audivi a thesaurario demortui ill.mi et rev.mi cardinalis Radzivil.

Ad 6. ZAVISSA: Ecclesia est sub invocatione Sancti Stanislai.

Ad 7. DZIERZEK: Audivi adesse in ecclesia praedicta plures reliquias sanctorum, et inter caeteras beati Casimiri principis polonorum corpus, quod vidi in quadam capella.

TH. SKUMIN: Audivi thesauris illis ecclesiasticis adesse plures reliquias sanctorum, et praecipue sancti Stanislai, et adest etiam corpus beati Cazimiri [!] filii Jagielonis [!] regis Poloniae, qui quidem debebat esse rex Hungariae.

VOLOVICZ: Habet plures reliquias sanctorum, inter caeteras sancti Stanislai et partem de ligno sanctae Crucis, et habet corpus integrum sancti Casimiri [!] principis Poloniae, filii Cazimiri [!] alterius.

VIESIOŁOWSKI: Dixit se nescire, scire tamen adesse corpus beati Casimiri [!] et ibi sacellum illi dicatum.

SAPIEHA: Habet reliquias multas insignes, et praecipue beati Stanislai, et habet etiam corpus beati Cazimiri [!], filii alterius Cazimiri nepotis Jagelonis [!] et principis Poloniae.

Ad 8. ZAVISSA: In civitate et dioecesi Vilmensi adsunt quidam haeretici, sed catholici praevalet.

DZIERZEK: In civitate Vilmensi est maior pars catholicorum et vix adest tertia pars haeticorum et schismaticorum, et iccirco civitas est sub obedientia sanctae Romanae Ecclesiae; et in dioecesi viget pariter fides catholica, licet quoque vigeat in parte haeresis; praevalet tamen catholici cum ruthenis Ecclesiae Romanae unitis.

TH. SKUMIN: In civitate Vilmensi viget fides catholica et obedientia sanc-

tae Romanae Ecclesiae, licet etiam adsint haeretici et rutheni schismatici et aliae sectae diversae, sed catholici et rutheni qui iam sunt in gremio Ecclesiae Romanae longe praevalent.

RUDAMINA: Non est dubium, quod catholici et rutheni sub unione catholicae Ecclesiae praevalent haereticis in civitate Vilmensi, cum in praedicta civitate tres tantum sint domus, in quibus fiunt conventicula: una lutheranorum, altera calvinistarum, tertia ruthenorum schismaticorum, caeterae omnes ecclesiae sunt catholicorum et ruthenorum catholicae religioni unitorum.

Ad 9. ZAVISSA: Vacat per translationem bonae memoriae ill.mi et rev.mi cardinalis Georgii Radzivil ad ecclesiam cathedralem Cracoviensem, et quia rev.mus d.nus episcopus Luceoriensis non erat assecutus illius possessionem.

DZIERZEK: Vacat ab aliquot annis per translationem ..., et quia rev.mus d.nus Bernardus Maciejowsky episcopus Luceoriensis nunquam assecutus est illius possessionem. [*Ita etiam reliqui testes.*]

C. RESOLUTIONES CARDINALIUM

f. 469^v || (*m. pr.*) Ego A. cardinalis Montaltus²⁶ relator existimo ex deductis admodum r.dum d.num Benedictum Voinam, custodem ecclesiae Vilmensis, idoneum esse qui dictae ecclesiae praeficiatur in episcopum et pastorem, si Sanctitati Suae placuit dispensare super defectu gradus, et cum decreto de iterum emittendo professionem fidei, cum iam emissa non fuerit subscripta iuxta formam constitutionis Gregorii XIII²⁷ foelicis recordationis.

(*m. pr.*) Licet in conficiendo processu non sit servata quoad omnia constitutio foelicis recordationis Gregorii XIII, attentis nihilominus promovendi qualitatibus et longa ecclesiae vacatione, habitaque ratione illius provinciae, si SS.mus D.nus Noster cum dicto promovendo dispensare dignatus fuerit super inhabilitate contracta, tam ex sua quam ex parentum ruthenorum schismaticorum personis, ac super defectu

²⁶ Andreas Perettus Montaltus, card. 1596–1629.

²⁷ Gregorius XIV P. M. (1590–1591).

gradus, et decernere ut iterum fidei professionem servata forma dictae constitutionis Gregorianaе emittere teneatur. Ego Alphonsus episcopus Ostiensis cardinalis Gesualdus²⁸ idem censeo cum rev.mo d.no meo relatore. [...]

**Regestum confirmationis pontificiae. Romae apud S. Petrum,
1600 VII 31.**

ASV A.Cam.13; f. 143 reg.

|| Romae apud S. Petrum die lunae ultima iulii 1600 fuit consistorium *f. 142v*
secretum, in quo SS.mus Dominus Noster ...

|| Referente rev.mo d.no card. Peretto²⁹ pro rev.mo d.no card. Montalto, *f. 143*
ad supplicationem regis Poloniae, providit ecclesiae Vilnensi vacanti
per translationem bonae memoriae cardinalis Radzivilii ad ecclesiam
Cracoviensem de persona rev.di d.ni Benedicti Vainae [!], cum decreto
quod antequam possessionem assequatur denuo emittere fidei professio-
nem et instrumentum quam primum ad Curiam transmittere teneatur,
et cum dispensatione quod doctoratus gradum consecutus non fuerit.
Absolvens etc. cum clausulis etc.

EUSTACHIUS VALAVIČIUS (1616)

ASV Miscell. Arm. I 85, f. 42–69v.

PROCESSUS

Anno 1616 die 18 februarii,
coram Francisco Diotallevio³⁰, episcopo S. Angeli et nuntio ap.co in
Polonia et Lituania, et Iacobo Phillipio Joninio, notario, Varsaviae, in
monasterio patrum bernardinorum, loco solitae residentiae,

²⁸ Alphonsus Gesualdus, card. 1561–1603.

²⁹ Alexander Perettus, card. 1585–1623.

³⁰ Franciscus Diotallevi, ep. S. Angeli (in Lombardia), nuntius ap. in Polonia et
Lituania (1614–1621).

comparuit personaliter Eustachius Wollowicz custos Vilmensis, praepositus Trocensis, abbatiae Lubinensis administrator perpetuus et magni ducatus Lituaniae procancellarius (qui exposuit se promoveri ad episcopatum Vilmensem) ...

A. DEPOSITIONES TESTIUM SUPER VITA ET MORIBUS PROMOVENDI

Testes ex officio vocati et examinati:

1. *Die 18 februarii 1616:* Ill.mus et rev.mus d.nus Martinus SZISKOWSKI [*ms.* Sziskowski]³¹, episcopus Plocensis, annorum 50 ||.
f. 45–49
2. *Die 20 febr.:* Ill.mus Stanislaus RADZIEIOWSKI, castellanus Ravensis, Sohceniensis capitaneus, annorum 42 ||.
f. 48–49
3. *Eadem die:* Ill.mus d.nus Ioannes GOSTOMSKI [*ms.* Gottomski, Gostowski] de Lezenica, palatinus Inowladislaviensis, Varcensis³² capitaneus, annorum 42 ||.
f. 50v–51
4. *Die 22 febr.:* Ill.mus d.nus Andreas PRZCEMSKI, castellanus Gnesnensis, annorum 50 ||.
f. 52v–53
5. *Die 23 febr.:* Ill.mus d.nus Stanislaus WARSECZKI [*ms.* Warsycki, Warsychy], thesaurarius regni, Varsaviensis, Oviecinensis³³ capitaneus, annorum 60 ||.
f. 54–55
6. *Eadem die:* Rev.mus d.nus Iacobus ZADZIK [*ms.* Zadzek]³⁴, secretarius regni maior, Cracoviensis, Wladislaviensis praepositus, annorum 34 ||.
f. 56–57
7. *Die 24 febr.:* Ill.mus d.nus Henricus FIRLEY [*ms.* Firlei], vicecancellarius regni, annorum 42 ||.
f. 58v–59v
8. *Die 26 febr.:* Ill.mus d.nus dux de ZBARAZ, stabuli praefectus, Krzemenecensis, Solecensis, Vislicensis capitaneus, annorum 35 ||.
f. 60–61v

³¹ Martinus Szyszkowski, ep. Plocensis (1607–1616), ep. Cracoviensis (1616–1630).

³² Variensis?

³³ Osciecinensis?

³⁴ Iacobus Zadzik, postea ep. Culmensis (1624–1635), ep. Cracoviensis (1635–1642).

9. *Eadem die*: Ill.mus d.nus Ioannes SAPIEHA³⁵, subdapifer magni ducatus Lituaniae, Slonimensis, Msciboviensis capitaneus, annorum 27 ||. f. 62v–63
10. *Die 28 febr.*: Adm. rev.dus d.nus Stanislaus NIEBORSKI³⁶, parochus Cleredoniensis³⁷, annorum 34 ||. f. 64v–65

Ad 1. SZISZKOWSKI: Cognosco ill.um Eustachium Wolowiz procancellarium a viginti annis, et in Polonia et in Urbe, et magna mihi semper cum illo intercessit familiaritas, imo fraternitas iurata; causa cognitionis ob diuturnam consuetudinem, quam habui cum suis fratribus germanis.

RADZIEIOWSKI: Ego novi d.num procancellarium Lithuaniae ab annis viginti circiter, eo quod ambo versati simus simul in aula.

GOSTOMSKI: cognovi ill.mum d.num Woloviz a viginti duobus circiter annis, primum cum esset aulicus piae memoriae cardinalis Radzivil, deinde in Urbe, in qua eodem hospitio fuimus.

PRZCEMSKI: Novi illum a viginti circiter annis, eo quod ab eo tempore cum illo commoratus sim in Italia et in hac aula.

WARSYCKI: Cognosco ill.mum d.num Woloviz a viginti circiter annis, cum primum venit in aulam.

ZADZIK: Cognosco illum a decem annis; causa cognitionis fuit in aula regis.

FIRLEY: Cognosco illum a viginti quatuor annis, ob consuetudinem ab eo tempore cum eo habitam Romae et in Polonia.

ZBARAZ: Novi illum a viginti circiter annis, eo quod ab eo tempore consuetudinem cum [eo] habuerim.

SAPIEHA: Optime illum novi a pluribus annis, quia terrigena meus est.

NIEBORSKI: Agnovi illum a duodecim annis, cum primum veni in aulam, tempore nuptiarum serenissimi regis.

Ad 2. SZISZKOWSKI: Nullam habeo consanguinitatem, sed tantum familiaritatem cum tota eius familia.

³⁵ Ioannes Stanislaus Sapieha, subdapifer MDL (1611–1617), marschalcus curiae MDL (1617–1620), postea marschalcus supremus MDL († 1635).

³⁶ Vid. suffrag. Vilnensis.

³⁷ Clevedoniensis?

RADZIEIOWSKI: Non sum illi sanguine, sed amicitia coniunctus. [*Similiter alii testes.*]

f. 45v **Ad 3.** SZISZKOWSKI: || Scio illum esse natum in Lithuania, sed nescio in quo loco; puto esse iam quadragenarium; educatus est, accepi, partim Vilnae, partim in Urbe et aliis locis Italiae et Galliae.

RADZIEIOWSKI: Quod attinet ad locum, ubi natus sit, scio solum esse natum in ducatu Lithuaniae, aetatis esse quadraginta circiter annorum, et educatum Romae, ubi mansit sex annis circiter, et forte ibi clericali militiae non solum adscriptus est, sed etiam sacris ac maioris ordinibus initiatus, et in aliis locis; et haec scio ex communi fama.

GOSTOMSKI: Scio esse natum in dioecesi Vilmensi et esse aetatis annorum 42, necnon educatum fuisse Vilnae, ubi studuit humanioribus litteris, et deinde Romae, ubi insimul operam navavimus philosophiae et iurisprudentiae.

PRZCEMSKI: Solum scio illum esse lithuanium [!]; de particulari autem dioecesi, in qua sit natus, nescio; puto eum non longe distare a quinquagesimo anno, et scio ipsum educatum fuisse non modo domi, sed etiam apud exterarum nationes.

f. 54v WARSZYCKI: Scio natum esse in dioecesi Vilmensi, sed quo loco, ignoro. || Praeterea esse aetatis 40 circiter annorum et esse educatum in Lithuania, in Germania et Italia.

ZADZIK: ... esse annorum 42 circiter ...

FIRLEY: Natus est in dioecesi Vilmensi, est quadraginta sex annorum circiter; educatus autem fuit a pueritia in patria, postea studuit Senis et Romae mecum.

ZBARAZ: Natus est in Lithuania, in dioecesi Vilmensi, aetatis circiter 40 duorum annorum, educatus autem partim in Lithuania, partim in Italia et partim in Polonia, quae scio tum ex auditu, cum quia in Italia simul viximus.

NIEBORSKI: Scio natum esse in districtu Grodnensi dioecesis Vilmensis, aetatis 43 annorum, et educatus est Vilnae et deinde Romae; scio ista ex relatione.

Ad 4. SZISZKOWSKI: Scio natum esse ex legitimo matrimonio et ex nobilibus parentibus, quos puto fuisse catholicos.

RADZIEIOWSKI: Ex communi opinione scio eum natum esse ex legitimo

matrimonio et nobilibus parentibus, non tamen catholicis utrisque, quia pater evangelicus fuit; nomen atque ipsius fuit Iohannes, || matris vero Anna Kopciowna. *f. 48v*

GOSTOMSKI: ... et patrem catholicum fuisse mortuum, cuius cognomen erat Wolowiz, matris vero Kopciowna; nomina vero ignoro; haec scio, quia agnosco eius consanguineos.

WARZYCKI: ... patrem tantum ipsius fuisse haereticum, et vocatum fuisse Wolowiz, nomen vero et cognomen matris ignoro; scio ista omnia ex auditu et communi fama.

ZADZIK: ... eius patrem fuisse haereticum, cuius nomen et cognomen erat Ioannes Wolowiz, matris vero ignoro, et ista scio ex relatione aliorum.

ZBARAZ: ... pater tamen ipsius Ioannes nomine haereticus fuit, mater vero fuit rutena: an vero in Unione fuerit necne, nescio.

SAPIEHA: ... et scio parentes ipsius fuisse nobilissimos, nam optime novi utramque familiam; pater vero ipsius Ioannes nomine haereticus fuit, matris nomen fuit Anna Kopciowna; de ipsius religione nihil certo [!] scio, constat tamen mihi omnes fere ex illa familia catholicos fuisse et esse.

NIEBORSKI: Scio ... patrem, qui vocabatur Ioannes Wolowiz, fuisse haereticum, matrem vero, cuius nomen erat Anna Kopciowna, fuisse rutenam sed unitam, et scio quia fui praesens eius funeris celebrationi Grodnae in ecclesia parochiali unitorum cum assistentia archimandritae et aliorum praelatorum unitorum religionis graecae.

Ad 5. RADZIEIOWSKI: Scio eum esse sacerdotem a viginti circiter annis, quia ab eo tempore eum quandoque vidi celebrantem.

GOSTOMSKI: Scio, quia a viginti annis vidi illum Romae celebrantem missam.

FIRLEY: Me praesente, a decem vel 8 annis circiter promotus est ad sacros ordines, excepto presbiteratu, quem postea adeptus est.

ZBARAZ: Ab annis circiter duodecim vidi illum facientem sacrum.

SAPIEHA: A decem aut duodecim circiter annis scio illum esse in sacris ordinibus constitutum, quia eum vidi sacerdotalia obeuntem munera.

NIEBORSKI: A duodecim annis, quo illum cognovi, vidi eum celebrantem.

Ad 6. RADZIEIOWSKI: vidi eum saepius celebrantem non solum solemnioribus festis, sed diebus etiam ferialibus.

ZADZIK: Vidi illum saepe celebrantem.

NIEBORSKI: Vidi saepius celebrantem diebus festis dominicis et etiam ferialibus, quatenus aulicis negotiis non fuit detentus.

Ad 7. SZISZKOWSKI: Scio illum in ecclesiasticis functionibus semper fuisse diligentem et bene versatum in executione ordinum susceptorum. [*Similiter alii testes.*]

Ad 8. SZISZKOWSKI: Scio ex quo tempore illum novi, semper fuisse catholicum, nec de ulla haeresi fuisse suspectum, et scio esse timoratae conscientiae et divini honoris zelantem, et scio quia multoties vidi, quantum ille fecerit procurando concordias inter dissidentes.

RADZIEIOWSKI: Ex communi opinione et fama scio ipsum statim atque adeptus est rationis usum, paternum errorem detestatum esse, et postea semper in catholicae fidei puritate cum timorata conscientia et zelo divini honoris et salutis proximorum permansisse.

FIRLEY: Educatus fuit a pueritia a piae memoriae cardinali Radzivilio, ideo non puto ipsum infectum fuisse labe haeresea, et constat ipsum semper postea pie et catholice et magna cum laude vixisse.

Ad 9. SZISZKOWSKI: Nihil unquam de turpitudine audivi, imo innocentia vitae illius a omnibus commendatur, est vir bonae fama et conversationis, eo quod cum bonis omnibus amicitiam habet et malorum consortium fugit.

ZADZIK: Multa audivi in aula regia de ipsius bonis moribus, fama et conversatione, nec contrarium audivi.

Ad 10. SZISZKOWSKI: Nunquam fuit coniugatus.

Ad 11. [*An sciant ... fuisse eidem aliquid imputatum in iudicio ...*]

PRZCEMSKI: Nunquam audivi, sed semper omnia bona de ipso. [*Alii testes: Nescio.*]

f. 46 **Ad 12.** SZISZKOWSKI: || Scio ipsum studuisse in academia Vileni, Romana, in aliis locis Italiae et Galliae; non puto tamen esse doctorem aut licentiatum (licet habet sufficientem doctrinam quoad episcopatum) etiam ob causam, quia non est consuetudo in Polonia ut nobiles insignia doctoratus accipiant.

f. 49 RADZIEIOWSKI: Audi<vi> ipsum navasse operam Vilnae apud patres Societatis Iesu et in universitate Romana, et in studiis || Germaniae; an sit doctor vel licentiatum, nescio; ob eam tamen doctrinam, quam in

munere referendariatus et procancellariatus Lithuaniae ostendit, satis constare videtur ipsum esse praeditum ea doctrina, quae in episcopo requiritur, imo existimo in tota Lithuania nullum illi esse similem.

GOSTOMSKI: Scio navasse operam iuri canonico Perusiae et in ipso multum proficisse [!]; ignoro tamen, an sit doctor vel licentiatus; me tamen non praeterit tali pollere doctrina, ut omnes alios || huius regni episcopos, praeter Plocensem³⁸, antecedit; et hoc scio, quia est notorium. *f. 51*

PRZCEMSKI: Scio litteris operam navasse in Italia et Germania || et bene versatum in litteris, nempe theologia et aliis, et talem semper fuisse existimatum in aula regia, nec alium digniorem in Lithuania esse, qui possit promoveri ad episcopatum ... *f. 53*

WARSYCKI: ... cum eum prudentissime in studiis audiverim eius praefere sententias ...

ZADZIK: ... et haec scio, quia vidi tractantem de rebus ecclesiasticis et bene illas deffendentem.

FIRLEY: Studuit Romae et Senis, ut dixi supra ad 3 interrogatorium; non est doctor nec licentiatus, sed tamen cum simul cum illo pluribus gravibus deliberationibus interfuerim, eumque saepius in senatu sententiam dicentem audiverim, puto illum omnino praeditum ea doctrina, quae in episcopo requiritur.

ZBARAZ: Dedit operam litteris Patavii, Vilnae et Romae, neque est doctor neque licentiatus, sed utinam essent illi plures in doctrina similes.

Ad 13. SZYSZKOWSKI: Scio illum habuisse beneficia ecclesiastica: abbatiam Lubinensem et praeposituram Trocensem curatum beneficium, et custodiam Vilynensem. Quod attinet ad ecclesiam Trocensem, scio illam optime administrasse et reformasse, et ob istam reformationem illius maximum solere esse concursum ad illam; in reformatione vero monasterii semidirruti et antiquitate, squalore obuti non pauca millia florenorum exposuit, preterea pulcherrimis et praeciosis ornamentis auro textis templum exornavit, similiter diversis et praeciosis picturis. Monachorum numerum auxit, eosque in disciplinam monasticam redegit, et in summa tam in spiritualibus quam in temporalibus monasterium notabiliter

³⁸ Martinus Szyszkowski.

reformavit. In officio custodiae Vilmensis puto fuisse diligentem sicut in aliis, et haec omnia scio, quia ex multis audivi.

RADZIEIOWSKI: Habet abbatiam Lubinensem et praeposituram quamdam, cuius distinctam notitiam non habeo; de aliis vero beneficiis nihil scio, nisi quod fuit canonicus Vilmensis; in regimine autem suae abbatiae audivi optime se gessisse.

GOSTOMSKI: ... et conventum praedictae abbatiae [*Lubinensis*] fere destructum reaedificasse et circa beneficia praedicta bene se gessisse ... et scio natus sim in maiori Polonia.

PRZEMSKI: ... Scio praeterea habuisse et habere abbatiam Lubinensem, cuius bona diligenter rexit et magnos in ipsa fecit sumptus, et scio, quia prope possessionem meam sita est dicta abbatia.

ZADZIK: Scio ... bene circa regimen horum beneficiorum se gessisse, praesertim in abbatia, in cuius structura multos sumptus fecit et patres ibi existentes magno zelo reformasse quoad disciplinam, visitando saepe ac saepius praedictam abbatiam, et haec scio ab episcopo Posnaniensi, in cuius dioecesi dicta abbatia sita est.

ZBARAZ: ... et in reparatione ecclesiae Trocensis satis magnos sumptus fecit, ut ipsemet vidi.

f. 65 NIEBORSKI: || Scio habuisse canonicatum Vilmensem, et illo dimisso, custodiam pariter Vilmensem, quam retinet una cum praepositura Trocensi et abbatia Lubinensi; et scio bene se gessisse in istis beneficiis, quia vidi multa ornamenta praestasse abbatiae et praepositurae et magnos sumptus fecisse circa eorum reaedificationem.

Ad 14. GOSTOMSKI: Scio praeposituram requirere residentiam, abbatiam vero non, et an sint incompatibilia, ignoro.

ZADZIK: Scio praeposituram et custodiam requirere residentiam et esse incompatibilia, puto tamen habuisse dispensationem a Summo Pontifice.

Ad 15. SZYSZKOWSKI: Scio, quod non semper residebat, quia fuit occupatus servitio aut obsequiis reipublicae et regiae maiestatis: fuit enim primo secretarius regius, deinde referendarius magni ducatus Lithuaniae, postea procancellarius, et ita frequenter tenebatur residere in aula regiae maiestatis; quantum tamen per occupationes publicas licuit, solebat in suis ecclesiis residere.

PRZCEMSKI: Scio Vilnae, cum fuerit ibi serenissimus rex, residisse, sed deinde post discessum ser.mi regis ab illa civitate sequutum esse aulam ob publica negotia, cum tunc esset referendarius et modo procancellarius magni ducatus Lithuaniae.

Ad 16. SZISZKOWSKI: || Scio nihil alienasse, imo recuperasse nonnulla bona ad abbatiam et praeposituram pertinentia. *f. 46*

Ad 17. [*An sciant ipsum permisisse haereticos detinere bona suorum beneficiorum.*]

SZISZKOWSKI: Non puto hoc permisisse.

[*Reliqui testes: Nescio.*]

Ad 18. [*An sciant ipsum habere familiam haereticam ...*]

SZISZKOWSKI: Scio illum non habere familiam haereticam; sine conversatione tamen haereticorum ille prout episcopi et alii vivere non possumus ...

GOSTOMSKI: Nescio, excepto eo, an habeat aliquem familiarem haereticum, cum hoc non certo sciam, et quatenus sit, scio invitum illos detinere.

ZADZIK: Nihil omnino de istis scio, excepto eo, quod attinet ad familiarem consuetudinem cum haereticis, cum in hoc regno ex concessione Summorum Pontificum cum ipsis communicemus.

ZBARAZ: Nihil tale scio, excepto eo, quod non potuit carere illa consuetudine cum haereticis, quae in hoc regno est necessaria.

Ad 19. [*An sciant illum esse prudentem ...*]

SZISZKOWSKI: Scio illum esse prudentem virum, quia multoties in senatu audiavi illum maximo cum iudicio sententias dare, et scio illum habere omnia requisita ad ecclesiam cathedralem optime administrandam tam in spiritualibus, quam in temporalibus, et posse egregie iurisdictionem defendere, cum sit et prudens et ex praecipua familia Lithuaniae natus, et cum magnam familiaritatem habeat cum praecipuis senatoribus Lithuaniae, nempe cum illustri palatino Vilnensi³⁹, cum d.no castellano Vilnensi⁴⁰, cum supremo exercitus generali d.no Kotkowiz⁴¹, cum supre-

³⁹ Nicolaus Christophorus Radzivilus, palatinus Vilnensis 1606–1616.

⁴⁰ Hieronimus Chodkiewicz, castellanus Vilnensis 1595–1617.

⁴¹ Ioannes Carolus Chodkiewicz, supremus dux exercitus MDL 1605–1621.

mo Lithuaniae cancellario⁴² et coeteris senatoribus, qui illum reverentur et in honore habent, prout duces Radzivilli Ioannes et Christophorus⁴³, apud quos semper poterit aliquid boni facere pro Ecclesia et republica; hoc etiam pro conscientia mea fateor, neminem in tota Lithuania ad statum episcopalem aptiorem invenire.

RADZIEIOWSKI: ... Sicut antea indicavi, nullum plane putem in tota Lithuania reperiri posse aequè aptum ad illum administrandum.

GOSTOMSKI: Scio ista omnia esse vera, cum senatus totus, nemine contradicente, supplicaverit ser.mo regi, ut illi abbatiam Lubinensem conferret, licet alioqui statuta regni non permittant nobilibus Lithuaniae in ordinibus sacris constitutis conferri, sed tantum huius regni nobilitati; et tamen rex tali decreto derogavit; et praeterea fuisse factum procancellarium magni ducatus Lithuaniae, quae dignitas in praeteritum nunquam fuit collata in personas ecclesiasticas; inde propter summam omnium benevolentiam existimo || omnia contenta in interrogatorio in illo concurrere.

f. 51

PRZCEMSKI: Ita esse censeo: movere ad ita existimandum, quia in Lithuania non cognovi similem, qui eum communi benevolentia antecellat, cum sit ita gratus huius regni nobilitati, ut contra morem patriae et statuta regni senatus fecit, ut ille, licet lithuanus, detinet abbatiam Lubinensem. ZADZIK: ... quia talem sibi in hoc regno et in Lithuania conciliavit benevolentiam apud omnes, ut etiam haeretici summopere illum ament et revereantur, et praesertim haeresiarcha dux Ioannes Radzivil, qui voluit omnes differentias, quas habet cum venerabili capitulo Vilmensi, eius arbitrio committere; et censeo similem in tota Lithuania ipsi non esse, qui ad hunc episcopatum promoveri possit.

[*Reliqui testes similiter.*]

⁴² Leo Sapieha.

⁴³ Janussius Radzivilus, pocillator MDL 1599–1620, et Christophorus Radzivilus, dux campestris exercitus MDL 1615–1635, supremus dux exercitus MDL 1635–1640.

B. DEPOSITIONES TESTIUM SUPER STATU ECCLESIAE

Testes ex officio vocati et examinati sunt iidem, nempe:

1. Martinus SZISZKOWSKI, ep. Plocensis ||. *f. 47rv*
2. Stanislaus RADZIEIOWSKI ||. *f. 49v–50*
3. Ioannes GOSTOMSKI ||. *f. 51–52*
4. Andreas PRZCEMSKI ||. *f. 53v–54*
5. Stanislaus WARSECZKI ||. *f. 55rv*
6. Iacobus ZADZIK ||. *f. 57–58*
7. Henricus FIRLEY ||. *f. 59v–60*
8. Dux de ZBARAZ ||. *f. 61v–62*
9. Ioannes SAPIEHA ||. *f. 63v–64*
10. Stanislaus NIEBORSKI ||. *f. 65–66*

Ad 1. SZISZKOWSKI: Scio Vilnam in provintia Lithuaniae sitam esse; audivi || etiam magnam esse civitatem et multa millia focularium habere. *f. 47*

RADZIEIOWSKI: Civitas Vilmensis satis magna et ampla est, ita ut superet magnitudinem civitatis Cracoviensis; sita est in magno ducatu Lithuaniae, cuius est metropolis; subiacet temporali dominio ser.mi Poloniae regis; quot autem focularia consituat, nescio.

GOSTOMSKI: Scio civitatem Vilmensem sitam esse in magno ducatu Lithuaniae, et ante incendium magnam fuisse et constituisse 1300 circiter focularia; post conflagrationem nescio⁴⁴; scio ... quia ibi fui.

PRZCEMSKI: Scio civitatem Vilmensem, cum ibi fuerim, magnam esse ...

WARSECZKI: Scio Vilnam sitam esse in Lithuania, maximae magnitudinis ...

ZADZIK: Scio civitatem Vilmensem sitam esse in magno ducatu Lithuaniae et subiacere dominio ser.mi regis || et magnam esse ... *f. 57v*

FIRLEY: Civitas Vilmensis sita est <in> magno ducatu Lithuaniae ..., quam vidi satis magnae⁴⁵ esse amplitudinis, quamvis nesciam numerum domorum, quem complectitur.

⁴⁴ Conflagratio Vilnae a. 1610.

⁴⁵ *ms.* magnam.

ZBARAZ: Civitas Vilmensis est metropolis totius ducatus Lithuaniae; est satis ampla ...

f. 63v SAPIEHA: Est metropolis magni ducatus Lithuaniae, amplae || magnitudinis, ita ut in tota Polonia sit maior; subiacet dominio temporali sermi Poloniae regis.

NIEBORSKI: Scio civitatem Vilmensem sitam esse in Lithuania, magnae amplitudinis ..., et ista scio quia ibi fui ...

Ad 2. SZYSZKOWSKI: Scio esse ecclesiam cathedralem sub invocatione sancti Stanislai, et reparatione maxima indigere; fuit enim superioribus annis tota exusta intra et extra, parietes tantum nudi remanserunt, sed altaria, organum maximo sumptu extracta in cineres conversa, et nondum reparata ecclesia, et futurus episcopus multum deberet exponere, si voluerit in pristinum statum eam reducere.

RADZIEIOWSKI: <Scio> ecclesiam cathedralem Vilmensem lapideam, satis amplam et antiquae et optimae structurae ..., postea conflagravit et magna indiget reparatione.

GOSTOMSKI: Scio ecclesiam fuisse pulcherrimam et magnam, sed deinde tali incendio conflagratam, ut omni reparatione indigeat ...

PRZCEMSKI: Fui ego in ecclesia cathedrali Vilmensi, quae lapidea est, magnae et insignis structurae; sed audivi combustam esse; an autem reaedificata, ignoro.

[*Similiter alii testes.*]

Ad 3. ZADZIK: Credo praeposituram dignitatem maiorem esse post pontificalem, et ibi plures alias esse dignitates et canonicatus, quorum numerum ignoro.

SAPIEHA: Sunt duodecim canonici et sex praelati; prima dignitas post pontificalem <est> praepositura; certum numerum aliorum presbiterorum et clericorum nescio, sed scio eum esse sufficientem.

NIEBORSKI: Sunt duodecim canonici, praelati octo; dignitas maior post pontificalem est praepositura; vicarii et clerici sunt fortasse triginta.

Ad 4. [*De redditibus*]

GOSTOMSKI: Audivi praeposituram facere 3000 florenorum, sed non distincte.

SAPIEHA: Certam quantitatem reddituum ignoro, sed scio illos pro loci conditione esse satis tenues. [*Similiter NIEBORSKI.*]

Ad 5. RADZIEIOWSKI: Vidi ibi sepulcrum sancti Casimiri⁴⁶ Poloniae regis, cuius corpus decentissime asservatur. [*Sim.* GOSTOMSKI *et alii.*]

SAPIEHA: Scio esse aliquot corpora sanctorum, sed distinctam notitiam solum habeo corporis sancti Casimiri, quod in propria capella decentissime asservatur in tumulo argenteo iussu et sumptu ser.mi regis recenter extracto.

NIEBORSKI: Scio ibi existere corpus sancti Casimiri et spinam Sal<vatoris>⁴⁷ et alias reliquias decenter asservatas.

Ad 6. SZISZKOWSKI: Scio inter praecipuos viros et nobiles vigere fidem catholicam, aliquot exceptis, sed inter plebem tot sunt falsae fides, quot in alio loco non reperiuntur; sunt autem in Lithuania diversarum sectarum haeretici, sunt plurimi, ne dicam infiniti, schismatici; sunt plurimi haebrei non modo ordinarii qui sunt in Italia et aliis locis, sed etiam caramai, quos appellant veri haebrei haereticos; praeterea reperiuntur idololatrae in confinibus Moscoviae inter sylvas, qui venerantur serpentes et alia huiusmodi.

RADZIEJOWSKI: Nec per totam dioecesim, nec per totam civitatem, sed in aliqua tantum parte viget catholica fides et Sanctae Romanae Ecclesiae obedientia, quia adsunt ibi plurimae et diversissimae sectae.

GOSTOMSKI: Scio esse ibi plures ecclesias et vigere fidem catholicam, sed esse mixtionem omnium sectarum.

PRZCEMSKI: Scio in civitate et dioecesi Vilmensi fidem catholicam vigere et Sanctae Romanae Ecclesiae obedientiam, sed plures sectas ibi mixtas esse.

WARSECZKI: Scio vigere fidem catholicam in civitate et auctam opera patrum iesuitarum; in dioecesi vero plures esse haereticos et eorum sectas.

ZADZIK: Scio vigere ex parte plures ecclesiasticos [!], et ex parte plures sectas haeticorum.

FIRLEY: || Viget aliqua ex parte, cum sit ibi magna admixtio diversarum sectarum. [*Similiter* ZBARAZ.] *f. 60*

SAPIEHA: Affirmative pro maiore parte civitatis et dioecesis.

⁴⁶ *ms.* Casimirii.

⁴⁷ Hic charta lacerata.

NIEBORSKI: In civitate et dioecesi plures sunt catholici, quam haeretici.

Ad 7. SZISZKOWSKI: Scio esse amplam dioecesim, quia incipit a dioecesi Plocensi et Luceoriensi et extenditur usque ad fines Moschoviae.

GOSTOMSKI: Dioecesis Vilmensis totam Lithuaniam complectitur, excepta Livonia et Samogitia, sed quae et quot loca complectitur, ignoro.

ZADZIK: Scio dioecesim Vilmensem se extendere ad centum milliaria ...

f. 47 **Ad 8.** SZISZKOWSKI: || Numerum quidem monasteriorum, in quibus viri degunt, nescio, sed hoc scio: Vilnae aliquot monasteria esse; est enim monasterium bernardinorum, franciscanorum, dominicanorum, sunt patres Societatis tribus in locis. De monasteriis vero virginum de duobus audivi: unum Nievisii [!] fundatum est a palatino Vilmensi, alterum Vilnae.

PRZCEMSKI: Scio tantum Vilnae esse seminarium, sed numerum discipulorum ignoro.

ZADZIK: Scio tantum ibi esse seminarium, sed nescio numerum discipulorum; scio praeterea nullam esse collegiatam, praeter eam, quae Vilnae est.

САПІЕHA: Adest seminarium viginti et plurium discipulorum sub regimine patrum⁴⁸ Societatis ...

NIEBORSKI: Scio tantum in civitate adesse quinque monasteria virorum et unicum mulierum, et esse tria seminaria; an vero sint iuxta formam concilii Tridentini, nescio; et ista scio quia ibi fui.

Ad 9. [*De cultu divino in ecclesia cathedrali.*]

RADZIEIOWSKI: Vidi in dicta ecclesia cultum divinum exerceri pro more aliarum cathedralium.

GOSTOMSKI: Scio exercere ibi cultum divinum valde bene, quia ibi fui per annum.

PRZCEMSKI: ... sicut in aliis cathedralibus, cum ibi fuerim cum serenissimo rege.

[*Reliqui testes similiter.*]

f. 50 **Ad 10.** RADZIEIOWSKI: Vidi fontem baptismalem, et scio curam animarum || ibi exerceri, licet per quos exerceatur nescio distincte. [*Similiter* ZADZIK, ZBARAZ.]

⁴⁸ ms. patrum.

SAPIEHA: Adest fons baptismalis, et cura animarum exercitur per vicarios.

Ad 11. SZISZKOWSKI: Scio antea habuisse corum, organum, capellas, altaria, sed haec sunt incendio absumpta; quoad suppellectilem vero nihil scio, an fuerit reservata seu combusta.

[*Alii similiter.*]

SAPIEHA: Sacrarium refertissimum est sacris indumentis, alia etiam omnia adfuerunt, sed plura absumpsit flamma, et quamvis campanile nondum sit restitutum, adsunt tamen campanae plures, ac una praesertim omnino insignis, paulo ante facta.

Ad 12. SZISZKOWSKI: Scio quod habuit [*episcopus*] habitationem ante curiam, decenter exstructam⁴⁹, quae utrum sit combusta necne, ignoro.

RADZIEIOWSKI: Domum pro episcopo vidi ante incendium, et licet in eam ingressus non fuerim, eam tamen fuisse puto satis commodam.

GOSTOMSKI: Scio fuisse domum, quae deinde fuit combusta.

ZADZIK: || Scio esse domum, sed partem ipsius exustam.

f. 58

NIEBORSKI: Fui in ipsa domo episcopi, et indiget reparatione propter conflagrationem.

Ad 13. [*De redditibus mensae cathedralis*]

SZISZKOWSKI: Audivi ab ipsismet episcopis Vilmensibus, quod ante bella et quando erat in flore et suo statu bono, episcopatus Vilmensis faciebat viginti millia florenorum, sed audivi ab ipsomet r.mo episcopo mortuo Voina, ob tam longa bella et continuas militum spoliationes, ad maximam vastitatem devenisse, ita ut vix decem millia florenorum faciat; de pensione et aliis oneribus nihil scio.

RADZIEIOWSKI: Ex communi fama existimo redditus ecclesiae Vilmensis esse circiter decem millia florenorum ...

GOSTOMSKI: Scio ascendere redditus ecclesiae Vilmensis ad decem millia florenorum, et nullo onere gravatos.

PRZCEMSKI: Ignoro verum valorem redituum; scio bene illos esse attenuatos, et bona episcopatus vastata per milites confederatos.

WARSECZKI: Nescio de valore ..., sed scio a bellis, quae per decennium durarunt, magna damna episcopatum passum esse.

⁴⁹ *ms.* astructam.

ZADZIK: Puto valorem redituum mensae episcopalis vix ascendere ad duodecim seu quindecim millia florenorum, qui consistit in frumentibus et censibus ...

ZBARAZ: Credo reditus ascendere ad octo aut novem millia florenorum hoc tempore, quamvis ante bella ascenderent usque ad viginti millia, atque haec audivi.

SAPIEHA: Audivi reditus antea fuisse viginti duorum circiter florenorum, nunc vero esse circiter duodecim millia ...

Ad 14. SZISZKOWSKI: Scio vacare ecclesiam morte piae memoriae d.ni Benedicti Voinae a medio anno circiter Patavii secuta.

RADZIEIOWSKI, GOSTOMSKI, PRZCEMSKI: ... a quatuor vel quinque mensibus [*obitum ep. Voinae secutum esse*];

WARSECKI, ZADZIK, ZBARAZ, SAPIEHA, NIEBORSKI: ... a quinque seu sex mensibus;

FIRLEY: ... nonnullis abhinc mensibus.

Regestum confirmationis pontificiae. Romae, 1616 V 18.

ASV A. Cam. 15 f. 50v–51.

1616. Feria IV, die XIIX maii Romae in aula palatii Quirinalis fuit Consistorium secretum, in quo ...

f. 51 || Rev.mo d.no card. Montalto referente, Sanctitas Sua ecclesiae Vilnensi, vacanti per obitum Benedicti Voinae illius ultimi episcopi, ad supplicationem ser.mi regis Poloniae, providit de persona rev.di patris d.ni Eustachii Volovicii⁵⁰, abbatis Lubinensis, praepositi Trocensis et magni Lithuaniae ducatus procancellarii, presbyteri Vilnensis etc. cum dispensatione super gradu, ac decreto quod abbatia Lubinensis et praepositura Trocensis ipso iure vacent per adeptionem praedicti episcopatus.

⁵⁰ *In forma iuramenti professionis fidei (f. 67–68v) nominatus se inscribit hoc modo: Eustachius Wolowicz.*